



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CXXXIX. Episcopus habet iurisdictionem in tota sua Diœcesi, tam
de iure communi, quàm vigore Concilii Tridentini; & qui sint actus, ex
quibus probatur, quod Episcopus habuerit iurisdictionem ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Litta. 17. Februarii 1598. Et in Sabinen. seu Reatin. Abbatia coram Orano 4. Decembris 1592. Concurrit etiam sententia antiquissima ex aduerso producta, quæ multum facit, licet fortè non probarer conclusenter.

Non obstant enunciativa Pii IV. & Pii V. pro parte Attissanorum in actis data, quia non probant, cum sint recentes, & novæ, Leg. non nudis, & L. non Episcopalis. Cod. de probation. Leg. ex his verbis Cod. de testamen. Mult. Rot. decisione. 31. de probat. in antiq. Et in eadem Turvisina jurisdictionis coram Litta. & ita Domini firmarunt, alterâ tantum parte informante, &c.

DECISIO CXXIX.

Episcopus habet jurisdictionem in tota sua Diocesi, tam de jure communi, quàm vigore Concilii Tridentini; & qui sint actus, ex quibus probatur, quod Episcopus habuerit jurisdictionem de aliqua Ecclesia.

R. P. D. PIROVANO.

Nucerina Jurisdictionis.

Luna 1. Martii 1627.

Deciso 41.
par. 5. recent.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopus habet jurisdictionem in tota sua Diocesi, tam de jure communi, quàm vigore Concilii Tridentini. num. 2.
- 2 Abbas per quos bene probatur, quod Episcopus habuerit jurisdictionem in aliqua Ecclesia, & num. 4. & 5.
- 3 Probatio concludens requiritur ad tollendum fundamentum intentionis alterius, consistens in dispositione juris communis, & possessione comprobata.
- 4 Cum parte dismembrata transeunt omnia jura illius partis.
- 5 Beneficiorum Collationes non probant, quod quis in ea Ecclesia habeat jurisdictionem ordinariam num. 15.
- 6 Unio Ecclesia unius Diocesis ad Ecclesiam alterius, non privat Ordinarium.

Tit 3

- narium suâ jurisdictione.
- 10 Actus jurisdictionis facti lite pendente, non suffragantur, & num. 12.
- 11 Restitutions alicuius Ecclesie, an suffragantur, ad acquirendam jurisdictionem ordinariam illius Ecclesie, num. 13.
- 14 Ad Papam spectat cognoscere, an alienatio rerum Ecclesie sit valida.
- 16 Delinquentes quibus casibus possint capi, & puniri in aliena Diocesi & Territorio.
- 17 Testibus deponentibus pro assistentia juris, & secundum ius Commune in concursu magis standum est.
- 18 Injustitia rei iudicate sufficit pro obtinenda restitutione in integrum.

Archiepiscopo Salernitano prætendente Ecclesiam S. Mariæ Majoris Civitatis Nuceriæ esse de Diocesi Salernitanâ, & ordinariâ jurisdictione Archiepiscoporum, movit litem contra Episcopum Nucerinum usque de anno 1592. & causâ postmodum commissâ cum clausula *appellatione remota*, sententiam favorabilem reportavit de Anno 1619. reclamante autem Episcopo Nucertino sanctæ mem. Paulus V. causam nullitatis, notoriæ injustitiæ, & restitutionis in integrum, prout de jure, & cum clausula *parito iudicato*, commisit bon. mem. Card. Filonardo, in cuius locum suffragatus fuit Eminentissimus Card. Perettus, cui S. D. N. rescripsit, ut in causa procederet de voto Rotæ. Pro cuius voti traditione primo quaesitum fuit. An Ecclesia S. Mariæ Majoris sit intra fines Diocesis Nucerinæ Paganorum, & die 2. Decembris præteriti affirmativè fuit resolutum. Hodie verò posito dubio principali. An constet de causis restitutionis in integrum; responsum fuit constare, cuius dubii effectus, eò tendit, ut præcedens sententia infirmetur.

Fundat enim Episcopus Nucerinus intentionem suam, quia Ecclesia, de qua agitur, probatur ex jam resolutis, esse in Diocesi, quin & ipsamet Civitate Nucerinâ, unde consequitur tam juris communis dispositione attentâ, jurisdictionem ad eundem Ordinarium spectare. *Cap. cum Reverabilis, cap. cum dilectis de Reliq. domib. cap. auditis de prescrip. cap. omnes Basilica. 16. qu. 7. cap. conquereute de offic. Ordin. ca. cum Episcopus eod. tit. de offic. Ordin. in 6. Capitaq. decis. 179. num. 7. Verall. decis. 306. par. 1. & decis. 207. par. 2.* quam etiam vigore decretorum Tridentini. *sess. 6. cap. 5. & sess. 14. cap. 2. & 3. & 8. de reform.* quæ in his terminis Rota sequuta est in Theatina jurisdictionis quæ est *soi. par. 2. recent.*

Et hæc ipla juris assistentia, neque nuda, aut simplex, & informis, & in potentia tantum deducitur, sed vestita & comprobata ab exercitio, & quasi possessio- nis actuum jurisdictionalium, qui differentes sunt & relevantes ad eandem probandum, dantur enim testes quatuordecim pro parte ejusdem Episcopi *summario ejus num. 4.* concludentes per. 40. Annos ab eorum recordatu, & in antea à Majoribus eorum audivisse, & de publica voce, & fama vidisse, & respectivè audivisse Ordina-

ordinarios Nucernos matrimonia celebrasse, dimissorias pro Ordinibus suscipiendis concessisse, hæreditates ab intestato decedentium ad pias causas destinasse, Ecclesiam de qua agitur visitasse, & Beneficiatos ejusdem monitos, etiam sub pœnis, Professionibus indictis per Episcopos interfuisse, quæ omnia citra jus & nomen Superioritatis, jurisdictionis & imperii fieri non potuerunt, prout de concessione dimissorialium & visitatione sunt aperta decreta Tridentini sess. 23. de reformat. C. 3. & sess. 24. de reformat. cap. 4. de præstatione obedientiæ, idem firmat Felin. in cap. 1. num. 1. de Major. & obed. Afflict. decis. 265. num. 10. & 301. numero 5. & de celebrandis matrimoniis idem Tridentinum sess. 24. cap. 1. de reformat. ibi, qui aliter quam præsentè Parocho, vel alio de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentiâ, &c. Quæ circumscriptâ jurisdictione in concedente dari non potest, Rotam Olixbonens. matrimonii coram me, 19. Novembris 1625. & in Tolitanâ matrimonii coram Domino meo Merino 15. Decembris ejusdem anni, & quo ad alios actus latissime comprobatur Adnoch. de vetin. possess. rem. 3. num. 570. cum seqq.

Neque obstat deducta per Archiepiscopam, dum hæc causa in prima instantia ageretur, & cum quibus sententiam favorabilem reportavit, nempe privilegia Summorum Pontificum. Ex quibus desumuntur enunciatiæ antiquæ, Collocationes Beneficiorum existentium in hac eadem Ecclesia controversa, visitationes Archiepiscoporum Salernitanorum, deputationes Vicariorum, consensus præstii alienationi bonorum Ecclesiasticorum, ac demum testes examinati ad ejusdem Archiepiscopi instantiam super actibus jurisdictionalibus respectu d. Ecclesie.

Quia privilegia Summorum Pontificum, quæ sunt Alexandri III. Innocentii III. Alexandri IV. Gregorii IX. & Urbani V. qui ultimus regnavit de anno 1369. enunciant quidem Subjectionem Ecclesie S. Mariæ de Nuceria: Verum, an ante, vel post erectionem Civitatis Nuceriæ in Cathedralè, privilegia non distinguunt, nam illud Alexandri IV. Innocentii III. Gregorii IX. & Urbani V. dicitur, enunciando semper Abbatiam Sancti Prisci sub nomine proprio, non autem tanquam Episcopalis Nuceriæ. Quare cum simul esse possit, quod ante erectionem utraque Ecclesia tam Abbatia Sancti Prisci, quam Ecclesia S. Mariæ Majoris essent de jurisdictione Archiepiscopi Salernitani, & in erectione Abbatie Sancti Prisci in Cathedralè, prout nunc cum suis limitibus distincta, tanquam non excepta comprehendatur inter fines ejusdem, meritò non probata per Archiepiscopum erectione de certo tempore, ut inde inferri possit ad relevantiam enunciatiæ, aut non probatâ exceptione istius Ecclesie semper remanet possibilis, sed non necessaria probatio, quæ non sufficit ad tollendum fundamentum intentionis Episcopi consistens in juris communis dispositione & possessione comprobatur. Cap. in præsentia, de prob. l. in L. non hoc numero quinto, C. unde legit Castr. in L. penult. §. docere, numero quarto, ff. no

- ff. ne quis eum, qui in jus voc. Rota in Cesaragustana, Parochialis. 8. Novembris 1594. & in Lucana Baronum 17. Maji 1600. coram bon. mem. Card. Pamphilio, & regulariter cum parte dismembrata transeunt omnia jura quæ ex limitibus separatis ab ipsa matrice separantur, sicut dicitur de decimis cap. cum contingat, C. cum in tua de decim. cap. quoniam eodem titulo, Rota decisione 168. numero primo, parte prima recent. ita ut non sufficiat probare ante dismembrationem fuisse de juribus Ecclesiæ antiquæ, nisi concludenter hoc probetur, cum agatur de tollendo jure quæsito Ecclesiæ erectæ & dismembratæ.
- 8 Collationes verò de beneficiis istius Ecclesiæ similiter non obstant ad sustinendam jurisdictionem ordinariam. Nam si illa deducatur ex jure conferendi Capellanias, & ipsam Ecclesiam curatam, non inferitur ad jurisdictionem in populum. Rota decisione tertia, de probatione in novis. Cassad. decis. prima, de probat. Rota decisione 803. numero primo, parte prima divers. Garz. de benef. parte quinta, numero 144. & idem fuit comprobatum in Adrien. jurisdictionis 27. Junii 1622. & 30. Januarii 1623. coram me, si verò prætendatur ex eo quod probetur unita mensæ Salernitanæ, & neque ex hoc capite concluditur jurisdictione ordinaria.
- 9 Quia per unionem Ecclesiæ unius Diocesis ad Ecclesiam alterius non privatur Ordinarius ordinariâ suâ jurisdictione, C. 2. de relig. Dom. & idem fuit confirmatum in his terminis in Urbevetana unionis 15. Decembris 1625. coram D. meo Durano. Nec relevant concursus, qui verè de jurisdictione ordinaria videntur secundum decreta Trid. sess. 24. cap. 28. de reformat. & ipsa Congregatio Interpresidem sentit, ut in declaratione relata per Garz. de benef. par. 9. cap. 2. num. 117. quia omnes facti leguntur post annum 1592. de quo tempore jam lis capta erat, & tanquam actus controversi non solent suffragari, Rota decis. 4. num. 2. & 598. num. 4. coram Papa Greg. XV. & in Cusentim. pensionis 4. Februarii 1619. & in Neopolitana juris patronatus. 7. Februarii 1624. coram bon. mem. Ubaldo.
- 11 Visitationes Archiepiscoporum non etiam suffragantur ad acquirendam jurisdictionem ordinariam istius Ecclesiæ controversæ, nam si in prima visitatione, quæ contigit die 14. Augusti 1576. & datur in summario numero decimo quarto, super eâ non probatâ scientiâ Episcopi fundamentum constitui non potest. Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina numero vigesimo quinto, Ripa numero 64. de caus. poss. & prop. Capic. decisione 57. numero secundo, & Rota idem firmavit in Acheruntina jurisdictione. vigesima quarta Januarii 1600. coram Emin. Cardin. Milino, & in Theatina jurisdictionis vigesima Decembris 1613. coram Domino meo Decano. Secunda verò, quæ datur eodem summario numero decimo quarto, sub die 19. Maji 1592. & tertia sub die 23. Maji 1602. tanquam factæ post litem motam non relevant, nec sunt habendæ in consideratione.

rati one, Rota in Hispania. in vis patronatus. 16. Junii 1586. coram Robustierio & in Burgen. jurisdictionis S. Ioan. 4. Decembris. 1591. coram Orano, quos Rota sequitur est coram Papa Greg. XV. d. decis. 4. num. 2. & nihilominus ex testibus Episcopi datis probantur clandestinè, & futurè temper facta, nempe vel absentibus Episcopis Nucerinis, vel Sede Episcopali vacante, vel Vicario Capituli ægrotaute, ut expressè deponunt. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 10. 12. & 13. ac demum actus ipsi visitationum indicant in iustitiam ipsius actus visitandi, dum enunciant hanc Ecclesiam esse de mensa Archiepiscopali Salernitanæ, & Capellani sunt ad provisionem prædicti Archiepiscopi, quorum neutrum impedit in ordinario Nucertino effectum ordinariæ jurisdictionis, ut supra firmatum fuit.

Minus relevat deputatio tertii Cappellani facta per Vicarium generalem Salernitanum ad inseriendum d. Ecclesiæ ob augmentum populi, de qua in decreto ejusdem Vicarii summ. n. 13. quia si ipsa provisio de Cappellanis non sufficit ad excludendam ordinariam Episcopi jurisdictionem, ut supra firmatum fuit, & ex qua deducitur fundamentum jurisdictionis, non hoc etiam poterit numerus Cappellanorum additus, in quo non consistit juris conferendi differentia.

Nec potest Archiepiscopus confirmare, aut comprobare hanc præensionem suam ex eo, quod mandavit Episcopo Nucertino, ut assumeret informationem super alienatione domus, & terrarum, quam intendebant facere Cappellani S. Mariæ Majoris, & quod idem Episcopus accepta informatione relationem non dederit Archiepiscopo, quod illa in utilitatem Ecclesiæ cedebat, quia nullum præjudicium resultat ex relatione, postquam ordinarius Nucerinus non prætendit esse de jurisdictione ordinaria cognoscere super validitate alienationum sed ad Sedem Apostolicam vigore constitutionis Pauli II. vel quibus ab eadem Sede facultas fuerit delegata.

Demum non obstant depositiones testium pro Archiepiscopo examinatorum, quorum dicta dantur in summ. numer. 15. quia ferè omnes deponunt de jurisdictione Archiepiscoporum conferendi Cappellanas ejusdem Ecclesiæ, quod est unita mensa Salernitanæ, quæ non pertinent ad ordinariam jurisdictionem impediendam in populum non exemptum, ut supra dictum fuit: Alii verò nempe quartus deponit de auditu, quod Ecclesia est subiecta Archiepiscopo, sextus dicit de auditu, quod sit de diocesi Salernitana, & quod aliqui ex Capellanis d. Ecclesiæ fuerunt carcerati in Curia Salernitana, & de eadem carceratione deponunt nonus & decimus quartus, sed non deponunt ex quo delicto vel causa fuerint carcerati, nec de quo tempore, sciente vel contradicente Episcopo Nucertino; cum multi sint casus, quibus in aliena diocesi & territorio delinquentes possunt capi & puniri, qui enumerantur in glossa cap. Pastoralis verb. exceptus, de offic. ordin. & illam sequitur Corrad. in templo omn. in d. lib. 2. cap. 4. nu. de Archiepiscopo, num. 17. & etiam ubi aliquid relevans deponendo concluderent, conquassantur tamen ab aliis examinatis per Episcopum Nucerinum, distin-

- 17 dicitur deponentibus super actibus jurisdictionalibus, & qui se magis informatos ostendunt ex rationibus scientiarum ab eis adductis; ac demum pro assistentia juris, & secundum jus commune deponunt, quibus in concursu magis credendum & standum est. *Ioan. Andreae in cap. auditis num. 3. de prescript. Rota dec. 9. num. 8. par. 2. divers. & decif. 324. num. 13. par. 1. recent. decif. 100. numer. 4. & 239. numer. 2. coram san. mem. Gregor. XV.*
- 18 Ex quibus omnibus patet de injustitia rei iudicatae, quae sufficit pro obtinenda restitutione in integrum. *Cas. de Grass. decif. 10. num. 11. de re iudic. Seraph. decif. 251. num. 2. & decif. 581. num. 1. par. 2. recent.*

Et ita conclusum &c.

Ad Quaest. 34. Additio.

DE dismembratione Ecclesiarum & praecipue parochialium hoc loco multa adduci possent; sed ne brevitatis terminos excedam sufficit remississe lectorem ad *Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 28. Barbosa. de potest. Episc. par. 3. alleg. 68. & in Collect. ad Concil. sess. 21. cap. 4. & de causis factae dismembrationis vid. Rot. decif. 484. par. 1. recent. decif. 204. par. 17. & coram Martino Andreae decif. 99. ubi etiam notatur, non requiri praesens consensus Rectoris Ecclesiae, sed tantum illius citationem, dum de iustitia causae cognoscitur, quae si sufficienter appareat, dismembratio etiam inuito Rectore fieri poterit, ut aperte disponitur in Concilio Trident. d. cap. 4. sess. 24. de reform. vid. *Lap. alleg. 66. num. 3. & istam facultatem dismembrandi non valque parochias erigendi competere Episcopis etiam in parochiis Regularium & exemptorum, auctoritate delegata a Concilio, declaratum fuit ut refert *Fagnan. in cap. ad audientiam, num. 43. & 44. de Eccles. adif.***



D E